EX LIBRO XXIV.

I. Oratio Q. Fabii Maximi ad Populum. Cap. 8. (An de R. 539. — Av. J.-C. 215.)

Fabio comitia consulibus creandis habente, prærogativa centuria [1] M. Æmilium Regillum et T. Otacilium consules dicebat. His consulatum, tali tempore, mandari Fabius non esse e republica censebat: itaque, silentio facto, tali oratione est usus:

I. Personne n'a le droit de gêner les suffrages du peuple; mais l'état de la République exige qu'on apporte la plus scrupuleuse attention dans le choix des magistrats.

Si aut pacem in Italia, aut bellum cum eo hoste haberemus, in quo negligentiæ laxior locus esset; qui vestris studiis, quæ in Campum [2], ad mandandos, quibus velitis, honores, affertis, moram ullam offerret, is mihi parum meminisse videretur vestræ libertatis: sed, quum in hoc bello, in hoc hoste, nunquam ab ullo duce sine ingenti nostra clade erratum sit, eadem vos cura, qua in aciem armati descenditis, inire suffragium ad creandos consules decet, et sibi sic quemque dicere: Annibali imperatori parem consulem nomino. Hoc anno, ad Capuam Jubellio Taureæ [3], Campano summo equiti, provocanti, summus Romanus eques Asellus Claudius est oppositus. Adversus Gallum, quondam provocantem in ponte Anienis, T. Manlium [4], fidentem et animo et viribus, misere majores nostri. Ob [5] eamdem causam, haud multis annis post, fuisse non negaverim, cur M. Valerio [6] non diffideretur, adversus similiter provocantem arma capienti Gallum ad certamen. Quemadmodum pedites equitesque optamus, ut validiores, si minus, ut pares hosti, habeamus; ita duci hostium parem imperatorem quæramus. Quum, qui est summus in civitate dux, eum legerimus, tamen repente lectus, in annum creatus [7], adversus veterem ac perpetuum imperatorem compa-

I. — [1] *Prærogativa centuria.* On appelait de ce nom la centurie que le sort désignait pour donner son suffrage la première [præ ceteris rogabatur]. Ce premier vote était important parce qu'assez souvent il entraînait les autres. La centurie désignée ensuite s'appelait *primo vocata;* et les autres *jure vocatæ*, parce qu'elles votaient dans l'ordre établi par Servius Tullius, c'est-à-dire les chevaliers d'abord, puis les centuries de la première classe, etc. — [2] *Campum*, le Champ-de-Mars, où se tenaient les comices. — [3] *Jubellio Taureæ*, etc. XXIII, 46, 47. — [4] *T. Manlium.* VII, 10. — [5] *Ob.* Il faut détruire cette particule, dit-on, ou ajouter *factum* devant *fuisse.* Je crois que le premier vaudrait mieux que le second. — [6] *M. Valerio.* VII, 25. — [7] *In annum creatus*, etc. Tite-Live expose ici avec vérité quelques inconvénients

rabitur [8], nullis neque temporis neque juris inclusum angustiis, quominus ita omnia gerat administretque, ut tempora postulabunt belli: nobis autem, in apparatu ipso, ac tantum inchoantibus res, annus circumagitur.

II. Regillus est retenu à Rome par des fonctions sacrées; Otacilius, mis à la tête de la flotte, n'a pas donné grande preuve de sa capacité.

Quoniam, quales viros creare vos consules deceat, satis est dictum; restat ut pauca de eis, in quos prærogativæ favor inclinavit, dicam. M. Æmilius Regillus flamen est Quirinalis, quem neque mittere a sacris, neque retinere possumus, ut non deum, aut belli, deseramus curam. Otacilius sororis meæ filiam uxorem, atque ex ea liberos, habet: ceterum non ea vestra in me majoresque meos merita sunt, ut non potiorem privatis necessitudinibus rempublicam habeam. Quilibet nautarum vectorumque tranquillo mari gubernare potest: ubi sæva orta tempestas est, ac turbato mari rapitur vento navis, tum viro et gubernatore opus est. Non tranquillo navigamus; sed jam aliquot procellis submersi pæne sumus. Itaque, quis ad gubernacula sedeat, summa cura providendum ac præcavendum vobis est. In minore te experti, T. Otacili, re sumus: haud sane, cur ad majora tibi fidamus, documenti quidquam dedisti. Classem, hoc anno, cui tu præfuisti, trium rerum causa paravimus: ut Africæ oram popularetur; ut tuta nobis Italiæ littora essent; ante omnia, ne supplementum cum stipendio commeatuque ab Carthagine Annibali transportaretur. Create consulem T. Otacilium, non dico, si omnia hæc, sed si aliquid eorum reipublicæ præstitit [9]. Sin autem, te classem obtinente, etiam velut pacato mari, quælibet Annibali tuta atque integra ab domo venerunt; si ora Italiæ infestior hoc anno, quam Africæ, fuit, quid dicere potes, cur te potissimum ducem Annibali hosti opponant? Si consul esses, dictatorem dicendum exemplo majorum nostrorum censeremus: nec tu id indignari posses, aliquem in civitate Romana meliorem bello haberi, quam

du consulat annuel; voici un passage où Montesquieu de son côté en fait ressortir les avantages: « Rome, ayant chassé les rois, établit des consuls annuels; c'est encore ce qui la porta à ce haut degré de puissance. Les princes ont dans leur vie des périodes d'ambition, après quoi d'autres passions et l'oisiveté même succèdent; mais la République ayant des chefs qui changeaient tous les ans, et qui cherchaient à signaler leur magistrature pour en obtenir de nouvelles, il n'y avait pas un moment de perdu pour l'ambition; ils engageaient le sénat à proposer au peuple la guerre, et lui montraient tous les jours de nouveaux ennemis. » *Grandeur et décadence des Romains*, ch. I. — [8] *Adversus... comparabitur.* Il sera mis en présence *de*; on dit aussi *comparare cum;* c'est *accoupler, apparier;* c'est l'expression dont on se sert pour les gladiateurs qu'on oppose entre eux. — [9] *Si aliquid*

te. Magis nullius interest, quam tua, T. Otacili, non imponi cervicibus tuis onus, sub quo concidas.

III. Qu'en nommant les consuls, ils se souviennent de leurs récents désastres.

Ego magnopere suadeo, eodem animo quo [10], si stantibus vobis in aciem [11] armatis repente deligendi duo imperatores essent, quorum ductu atque auspicio dimicaretis, hodie quoque consules creetis, quibus sacramento liberi vestri dicant [12], ad quorum edictum conveniant, sub quorum tutela atque cura militent. Lacus Trasimenus et Cannæ, tristia ad recordationem exempla, sed ad præcavendum simile, utili documento sunt. Præco, Aniensem [13] juniorum [14] in suffragium revoca [15].

II. Verba Heracleæ, Hieronis filiæ. Cap. 26. (An de R. 540. — Av. J.-C. 214.)

Hieroni, Syracusanorum bono moderatoque regi, Hieronymus, ipsius ex filio Gelone nepos, successerat. Is, propter crudelitatem arrogantiamque omnibus invisus, non ita multo post, conjuratione in ipsius caput facta, interfectus est. Post ejus mortem Andranodoro, Hieronis genero, tyrannidem occupare volente, simul populus jubet omnem regiam stirpem interfici. Heraclea ergo, filia Hieronis et Zoippi uxor, qui, regnante Hieronymo, voluntarium consciverat exsilium, quum ad se quoque venire percussores præscisset, in sacrarium ad Penates confugit cum duabus filiabus virginibus, resolutis crinibus miserabilique alio habitu; et ad ea addidit preces:

Per memoriam Hieronis patris Gelonisque fratris, ne se innoxiam invidia Hieronymi conflagrare [1] sinerent. Nihil se ex regno illius, præter exsilium viri, habere; neque fortunam suam eam-

eorum reipublicæ præstitit. XXIII, 41. — [10] *Eodem animo quo*, sous-entendu *deligeretis imperatores.* — [11] *In aciem.* On trouve de nombreux exemples de *in* gouvernant l'accusatif avec des verbes qui ne marquent point mouvement (Voy. l'éd. Lemaire II, 14, n. 2). Mais il faut beaucoup de circonspection dans l'emploi de ces locutions. — [12] *Dicant*, sous-entendu *nomen*, c'est s'enrôler. — [13] *Aniensem*, sous-entendu *centuriam.* — [14] *Juniorum.* La moitié des centuries était composée de vieillards, la moitié de jeunes gens ou d'hommes faits (*juniores*). — [15] *Ad suffragium revoca.* Le consul jouit là d'un singulier privilège; n'y aurait-il pas abus de pouvoir de la part de Fabius? Je doute que ce fût un droit régulier que d'annuler ainsi un vote.

II. — [1] *Invidia Hieronymi conflagrare.* Être enveloppé dans la haine qu'on porte à Hiéronyme; métaphore fréquente en latin (Cic. *Verr.* I, 15), et dont on peut rapprocher ce vers de Lucrèce:

Invidia quoniam, ceu fulmine, summa vaporant.
De Nat. V, 1130.

dem vivo Hieronymo fuisse, quam sororis [2], neque, interfecto eo, causam eamdem esse. Quid quod, si Andranodoro consilia processissent, illa cum viro fuerit regnatura; sibi cum ceteris serviendum [3]? Si quis Zoippo nunciet interfectum Hieronymum ac liberatas Syracusas, cui dubium esse, quin extemplo conscensurus sit navim, atque in patriam rediturus? Quantum spes hominum falli! In liberâta patria conjugem ejus ac liberos de vita dimicare; quid obstantes libertati, aut legibus? Quod ab se cuiquam periculum, a sola ac prope vidua et puellis in orbitate degentibus, esse? At enim periculi quidem nihil ab se timeri, invisam tamen regiam stirpem esse. Ablegarent ergo procul ab Syracusis Siciliaque, et asportari Alexandriam juberent, ad virum uxorem, ad patrem filias. Aversis auribus animisque, casse [4] ne tempus tereretur, ferrum quosdam expedientes cernebat. Tum, omissis pro se precibus, puellis ut saltem parcerent, orare institit: a qua ætate [5] etiam hostes iratos abstinere, ne, tyrannos ulciscendo, quæ odissent scelera imitarentur.

Inter hæc abstractam a penetralibus jugulant: in virgines deinde, respersas matris cruore, impetum faciunt.

III. Oratio L. Pinarii, præfecti præsidio quo Enna a Romanis obtineratur, ad milites. Cap. 38. (An de R. 540.—Av. J.-C. 214.

Murgantiæ, multisque in aliis Siciliæ urbibus, Romana præsidia prodita et oppressa fuerant. Ennensium principes idem moliebantur. Sed consiliis eorum obstabat L. Pinarius, præfectus præsidii, vir acer, nec insidiantibus opportunus. Palam igitur agendum rati, ipsum adeunt, clavesque portarum sibi reddi æquum censent. Ille primo negare; deinde, quum instarent, et jam aperte minarentur, postulat sibi dari populi concilium, ut sciretur utrum paucorum ea denuntiata, an universæ civitatis essent. Consensu in posterum diem concio edicitur. Pinarius, postquam in arcem se recepit, convocatos milites sic alloquitur:

[2] *Sororis.* Damarata, femme d'Andranodore, qui, par ses conseils, avait poussé son mari à s'emparer du trone. Voy. ch. 22. — [3] *Sibi cum ceteris serviendum.* Racine, *Britannicus*, IV, 2.

Moi! le faire empereur! Ingrat, l'avez-vous cru?
Quel serait mon dessein? qu'aurais-je pu prétendre?
Quels honneurs dans sa cour, quel rang pourrais-je attendre?
Ah! si sous votre empire on ne m'épargne pas,
Si mes accusateurs observent tous mes pas,
Si de leur empereur ils accusent la mère,
Que ferai-je au milieu d'une cour étrangère?

[4] *Casse.* Inutilement, comme *incassum;* il est rare. — [5] *A qua ætate.* etc. « Arma habemus non adversùm eam ætatem, cui etiam captis urbibus parcitur. » *Disc. de Camille au maître d'école*, V, 27.

I. Un complot se trame contre la garnison d'Enna, et même ce n'est plus par la ruse : on leur demande ouvertement les clefs de la citadelle, pour les livrer aux Carthaginois.

Credo ego vos audisse, Milites, quemadmodum præsidia Romana ab Siculis circumventa et oppressa sint per hos dies. Eam vos fraudem [1], deum primo benignitate [2], dein vestra ipsi virtute, dies noctesque perstando ac pervigilando in armis, vitastis. Utinam reliquum tempus, nec patiendo infanda, nec faciendo, traduci possit! Hæc occulta in fraude cautio est, qua [3] usi adhuc sumus : cui quoniam parum succedit [4], aperte ac propalam claves portarum reposcunt [5] ; quas simul tradiderimus, Carthaginiensium extemplo Enna erit ; fœdiusque hic trucidabimur, quam Murgantiæ [6] præsidium interfectum est.

II. Il faut prévenir ce complot ; demain il doit paraître devant l'assemblée du peuple ; à un signal qu'il leur fera, il faut que ses soldats massacrent les traîtres.

Noctem unam ægre ad consultandum sumpsi, qua vos certiores periculi instantis facerem. Orta luce, concionem habituri sunt ad criminandum me concitandumque in vos populum. Itaque crastino die aut vestro, aut Ennensium, sanguine Enna inundabitur. Nec præoccupati spem ullam, nec occupantes periculi quidquam, habebitis ; qui prior strinxerit ferrum, ejus victoria erit. Intenti ergo omnes armatique signum exspectabitis : ego in concione ero, et tempus, quoad omnia instructa

III. — [1] *Fraudem.* Trahison. — [2] *Deum primo benignitate, dein,* etc. Voy. l'exorde du Discours de Tullus Hostilius aux Romains : « Si unquam ante alias ullo in bello, etc. » I, 28. — [3] *Hæc occulta in fraude cautio est, qua* etc. Ce que vous avez fait jusqu'ici était une précaution bonne quand la trahison se tramait en secret. — [4] *Cui quoniam parùm succedit ;* on dirait également : *Quæ quoniam,* etc. Mais Tite-Live emploie fréquemment *succedere* comme verbe unipersonnel, en mettant son complément au datif. — [5] *Reposcunt.* « Urbem arcemque suæ potestatis, aiunt (Ennensium principes), debere esse, si liberi in societatem, non servi in custodiam, traditi essent Romanis. Itaque claves portarum reddi sibi æquum censent. Bonis sociis fidem suam maximum vinculum esse : et ita sibi populum Romanum senatumque gratias habiturum, si volentes ac non coacti mansissent in amicitia. Ad ea Romanus, se in præsidio impositum esse, dicere, ab imperatore suo ; clavesque portarum et custodiam arcis ab eo accepisse ; quæ nec suo nec Ennensium arbitrio haberet, sed ejus qui commisisset. Præsidio decedere apud Romanos capital esse ; et nece liberorum etiam suorum eam legem parentes sanxisse. Consulem Marcellum haud procul esse : ad eum mitterent legatos, cujus juris atque arbitrii esset. » ch. 37. — [6] *Murgantia,* ville maritime, non loin de Syracuse, au-

sint, loquendo altercandoque traham. Quum toga signum dedero, tum mihi [7] undique, clamore sublato, turbam invadite, ac sternite omnia ferro ; et cavete quisquam supersit, a quibus aut vis, aut fraus timeri possit.

III. Invocation aux dieux ; encouragement à ses soldats ; l'ennemi sera sans armes, et le consul est à quelques lieues seulement.

Vos, Ceres Mater ac Proserpina [8], precor, ceteri superi infernique dii qui hanc urbem, hos sacratos lacus lucosque colitis [9], ut ita nobis volentes propitii adsitis, si [10] vitandæ, non ferendæ fraudis causa, hoc consilii capimus. Pluribus vos, Milites, hortarer, si cum armatis dimicatio futura esset : inermes, incautos, ad satietatem trucidabitis : et consulis castra [11] in proquinquo sunt, ne quid ab Himilcone et Carthaginiensibus timeri possit.

EX LIBRO XXV.

I. Verba Senatorum Romanorum de turbata a publicanis concione. Cap. 4. (An de R. 542. — Av. J.-C. 212.)

Publicanus erat M. Postumius Pyrgensis, qui, quum publicum periculum esset a vi tempestatis in iis quæ portarentur ad exercitus, ementitus erat falsa naufragia, et ea ipsa quæ vera renuntiaverat, ipse fraude fecerat. Illi Sp. et L. Carvilii, tribuni plebis, diem dixerunt. Quum autem concilium tam frequens plebis adesset, ut multitudinem area Capitolii vix caperet, sortirenturque ubi Latini suffragium ferrent, publicani cuneo irruperunt, nec procul dimicatione res erat. Tum plebe dimissa, senatus vocatur ; dicebatque optimus quisque in curia.

M. Furium Camillum, cujus exsilium ruina Urbis secuta fuerit, damnari se ab iratis civibus passum esse. Decemviros antè

dessus de l'embouchure du Symèthe. — [7] *Mihi.* Ce mot est explétif. — [8] Cérès et Proserpine avaient un culte particulier à Enna ; c'était, selon la fable, dans la vallée d'Enna, que Proserpine avait été enlevée par Pluton. Ovid. *Mét.* v, 385 ; Claudien, *de Raptu Pros.* Sur Enna, sa situation, ses lacs, ses cérémonies religieuses, voy. Cic. *Verr.* IV, 48 et suivants. — [9] *Laçus lucosque colitis.* Ces mêmes expressions se retrouvent dans Cicéron, *Verr.* V, 72 : « Vos etiam atque etiam imploro atque appello, sanctissimæ deæ, quæ illos Ennenses lacus lucosque colitis. » — [10] *Ita... si...* Si toutefois il est vrai que... — [11] *Consulis castra.* Le consul Marcellus était devant Syracuse ; quant à Himilcon, après avoir inutilement suivi Marcellus sans oser lui livrer bataille, il venait de prendre Murgance par trahison ; Voy. n. 6.

eum, quorum legibus ad eam diem viverent, multos postea principes civitatis, judicium de se populi passos. Postumium Pyrgensem suffragium populo Romano extorsisse, concilium plebis sustulisse, tribunos in ordinem coegisse [1], contra populum romanum aciem instruxisse, locum occupasse ut tribunos a plebe intercluderet, tribus in suffragium vocari prohiberet. Nihil aliud a cæde ac dimicatione continuisse homines, nisi patientiam magistratuum, quod cesserint in præsentia furori atque audaciæ paucorum, vincique se ac populum Romanum passi sint; et comitia, quæ reus vi atque armis prohibiturus erat, ne causa quærentibus dimicationem daretur, voluntate ipsius [2] sustulerint.

II. Oratio Cannensium militum, in Siciliam relegatorum, ad Marcellum proconsulem. Cap. 6. (An de R. 542. — Av. J.-C. 212.)

Cannensis excercitus reliquias in Siciliam traduci senatus jusserat, atque ibi militare donec hostis in Italia esset. Hi, quum bellum in Sicilia summa vi gereretur, nec sibi daretur cum hoste congredi, Marcellum proconsulem adeunt, ac precantur ut in partem laboris ac periculi venire liceat.

I. Envoyés dans une province troublée par la guerre, ils espéraient par leur dévouement racheter leur défaite.

Consulem te, M. Marcelle, in Italiam adissemus, quum primum [1] de nobis, etsi non iniquum, certe triste [2] senatusconsultum factum est; nisi hoc sperassemus, in provinciam nos morte regum [3] turbatam ad grave bellum adversus Siculos simul Pœnosque mitti, et sanguine nostro vulneribusque nos senatui satisfacturos esse, sicut patrum memoria, qui capti a Pyrrho [4] ad Heracleam erant, adversus Pyrrhum ipsum pugnantes satisfecerunt.

I. — [1] *In ordinem cogere*, faire rentrer en ligne, confondre avec la foule, c'est-à-dire, ne point tenir compte de la dignité ni de l'autorité d'un magistrat, l'empêcher d'en user, le confondre avec les simples citoyens. Selon les commentateurs, cette métaphore est empruntée au style militaire, et s'applique à un soldat qui sort des rangs et qu'on y fait rentrer. — [2] *Voluntate ipsius.* On voudrait remplacer *ipsius* par *ipsi. Voluntate*, alors, s'appliquerait aux Tribuns, et irait bien avec *patientiam* qui est plus haut. Mais ce changement n'est pas nécessaire, et *ipsius*, à mon avis, fait un sens très-satisfaisant: *Voluntate ipsius*, au gré de Postumius, comme le souhaite Postumius.

II. — [1] *Quum primum de nobis*, etc. Après la bataille de Cannes, quand on fut revenu de la première stupeur. — [2] *Triste*, dur, sévère. — [3] *Morte regum*, Hiéron et Hiéronyme. — [4] *Capti a Pyrrho.* Voy. le discours de Junius sur les prisonniers de Cannes, XXII, 59. — [5] *Ambo mihi consules*, etc. La même fiction se retrouve dans le discours de Sext. Tullius au dictateur Sulpicius, VII, 13. — [6] *Seritur*, s'enchaîne; d'où *series*, enchaînement. — [7] *Equidem miles nihil unquam*, etc. Voy. encore le Discours de Tullius. — [8] *Cui... prorogatum imperium.* Nouvelle preuve que ce Varron tant décrié n'était pas un homme si méprisable; sans cela, le sénat lui eût bien rendu des actions de grâces pour n'avoir pas désespéré de la République, mais il ne l'aurait pas continué dans son commandement. — [9] *Hæc*, nous qui parlons, nous qui sommes ici, comme ὅδε en grec. — [10] *Utique*, quoi qu'il arrivât. — [11] *Ad Alliam*, etc. Voy. le Discours de Tullius, VII, 13: et celui de Junius, XXII, 59. Tout le développement qui suit se trouve, quelquefois

II. D'où vient la sévérité du sénat à leur égard? Vaincus à Cannes par la faute de leurs généraux, c'est eux seuls qu'on punit.

Quanquam quod ob meritum nostrum succensuistis, P. C., nobis, aut succensetis? Ambo mihi consules [5] et universum senatum intueri videor, quum te, M. Marcelle, intueor: quem si ad Cannas consulem habuissemus, melior et reipublicæ et nostra fortuna esset. Sine, quæso, priusquam de conditione nostra queror, noxam, cujus arguimur, nos purgare. Si non deum ira, nec fato, cujus lege immobilis rerum humanarum ordo seritur [6], sed culpa periimus ad Cannas, cujus tandem ea culpa fuit? militum, an imperatorum? Equidem miles nihil unquam [7] dicam de imperatore meo, cui præsertim gratias sciam ab senatu actas, quod non desperaverit de republica; cui post fugam a Cannis per omnes annos prorogatum imperium [8]. Ceteros item ex reliquiis cladis ejus, quos tribunos militum habuimus, honores petere et gerere, provincias obtinere audivimus. An vobis vestrisque liberis ignoscitis facile, P. C., in hæc [9] vilia capita sævi? et consuli primoribusque aliis civitatis fugere, quum spes alia nulla esset, turpe non fuit; milites utique [10] morituros in aciem misistis?

III. D'autres armées plus coupables ont été traitées moins durement; eux, après les avoir comblés d'éloges pour s'être conservés à la République, on les relègue loin de leur patrie, on leur interdit même le combat.

Ad Alliam [11] prope omnis exercitus fugit: ad Furculas Caudinas, ne expertus quidem certamen, arma tradidit hosti (ut alias pudendas clades exercituum taceam): tamen tantum abfuit ab eo, ut ulla ignominia iis exercitibus quæreretur, ut et urbs Roma per eum exercitum, qui ab Allia Veios transfugerat, recuperaretur, et Caudinæ legiones, quæ sine armis redierant Romam, armatæ remissæ in Samnium, eumdem illum hostem sub jugum miserint, qui hac sua ignominia lætatus fuerat. Cannensem vero quisquam exercitum fugæ aut pavoris insimulare potest, ubi

plus quinquaginta millia hominum ceciderunt; unde consul cum equitibus septuaginta fugit; unde nemo superest, nisi quem hostis cædendo fessus reliquit? Quum captivis redemptio negabatur, nos vulgo homines laudabant, quod reipublicæ nos reservassemus; quod ad consulem Venusiam redissemus, et speciem justi exercitus [12] fecissemus. Nunc deteriore conditione sumus, quam apud patres nostros fuerant captivi: quippe illis arma tantum atque ordo militandi [13], locusque, in quo tenderent [14] in castris, est mutatus; quæ tamen, semel navata reip. opera, et uno felici prælio, recuperarunt. Nemo eorum relegatus in exsilium est; nemini spes emerendi stipendia adempta; hostis denique est datus, cum quo dimicantes, aut vitam semel, aut ignominiam finirent. Nos, quibus, nisi quod commisimus, ut quisquam ex Cannensi acie miles Romanus superesset, nihil objici potest, non solum a patria procul Italiaque, sed ab hoste etiam, relegati sumus; ubi senescamus in exsilio, ne qua spes, ne qua occasio abolendæ ignominiæ, ne qua placandæ civium iræ, ne qua denique bene moriendi sit.

IV. Que demandent-ils? La permission de combattre et de mourir pour mettre fin à l'ignominie à laquelle on les condamne.

Neque ignominiæ finem, nec virtutis præmium, petimus; modo experiri animum et virtutem exercere liceat. Laborem et periculum petimus, ut virorum, ut militum officio fungamur. Bellum in Sicilia jam alterum annum ingenti dimicatione geritur: urbes alias Pœnus, alias Romanus expugnat: peditum, equitum acies concurrunt: ad Syracusas terra marique res geritur. Clamorem pugnantium crepitumque armorum exaudimus resides ipsi ac segnes, tanquam nec manus, nec arma habeamus [15]. Servorum legionibus Ti. Sempronius consul toties jam cum hoste signis collatis pugnavit. Operæ pretium habent libertatem civitatemque. Pro servis saltem ad hoc bellum emptis vobis simus; congredi cum hoste liceat, et pugnando quærere libertatem. Vis tu mari, vis terra, vis acie, vis urbibus, oppugnandis experiri virtutem? asperrima quæque ad laborem periculumque deposcimus, ut, quod ad Cannas faciendum fuit, quamprimum fiat; quoniam quidquid postea viximus, id omne destinatum ignominiæ est [16].

avec les mêmes phrases, dans la bouche de Junius. — [12] *Justi exercitus.* Une armée régulière; par opposition à *tumultuarius, subitarius exercitus*, une armée levée à la hâte, sans ordre, sans régularité. On dit de même *justa arma*, un équipement complet. — [13] *Arma atque ordo militandi.* Par exemple de cavaliers ils devenaient fantassins; et fantassins, on en faisait des frondeurs. — [14] *Locus in quo tenderent*, etc. Non seulement on leur assignait une place particulière dans le camp, mais quelquefois même ils campaient, sans tentes, hors des retranchements; x, 4. — [15] *Tanquam nec manus, nec arma habeamus.*

III. Verba Ti. Gracchi ad milites circumventos a Pœnis. Cap. 16. (An de R. 542. — Av. J. C. 212.)

Quum Flavius Lucanus Graccho persuasisset omnium populorum prætores, qui ad Pœnum in Italia descissent, in amicitiam Romanorum, se auctore, redituros, finxissetque locum se consiliis dedisse, Gracchus, fraudem rei abesse ratus, cum lictoribus ac turma equitum e castris profectus, duce Flavio in insidias præcipitatur. Tum ipse, telis undique petitus cum equitibus, ex equo desilit; idem ceteros facere jubet, hortaturque,

Ut, quod unum reliquum fortuna fecerit, id cohonestent virtute. Reliquum autem quid esse paucis, a multitudine in valle silva ac montibus septa, circumventis, præter mortem? Id referre, utrum præbentes corpora [1] pecorum modo inulti trucidentur, an, toti a patiendo exspectandoque eventu in impetum atque iram versi, agentes audentesque, perfusi hostium cruore, inter exspirantium inimicorum cumulata armaque et corpora cadant. Lucanum proditorem ac transfugam omnes peterent. Qui eam victimam præ se ad inferos misisset, eum decus eximium egregiumque solatium suæ morti inventurum [2].

IV. Oratio Syracusanorum ad Marcellum, de deditione. Cap. 29. (An de R. 542. — Av. J.-C. 212.)

Tertium jam annum Marcellus Syracusas obsidebat. Tandem Hippocrate mortuo, Epicyde Syracusis intercluso, qui duces defectionis ab Romanis fuerant, mittuntur oratores qui dederent urbem, et iram victoris deprecarentur. Horum princeps ita verba fecit:

Voy. le Discours de Tullius. VII, 13. — [16] Marcellus écrivit au sénat pour lui demander la conduite qu'il devait tenir; le sénat répondit qu'il ne voyait pas à quel titre on pourrait confier la défense de la république à ceux qui, sur le champ de bataille de Cannes, avaient abandonné leurs compagnons. L'année suivante, il ordonna à Marcellus, s'il avait besoin de renforts, d'en demander au propréteur Cornélius, plutôt que d'avoir recours aux soldats de Cannes. Et cependant Rome combattait à la fois en Italie, en Sicile, en Gaule, en Afrique, en Espagne.

III. — [1] *Præbentes corpora*, sous-entendu *telis* ou *ad cædem*. Voyez IV, 28, paroles de Vectius à ses soldats. — [2] *Solatium suæ morti inventurum.*

Reddite me Danais; sinite instaurata revisam
Prælia; nunquam omnes hodie moriemur inulti.
Virg. *En.* II, v. 669.

I. Ce sont les tyrans de Syracuse, et non les Syracusains, qui ont trahi Rome; libres enfin aujourd'hui, ils viennent se mettre à la disposition des Romains.

Neque primo Syracusani a vobis defecimus [1], sed Hieronymus, nequaquam tam in vos impius, quam in nos : nec postea pacem, tyranni cæde compositam, Syracusanus quisquam, sed satellites regii, Hippocrates atque Epicydes, oppressis nobis hinc metu, hinc fraude, turbaverunt : nec quisquam dicere potest aliquando nobis libertatis tempus fuisse, quod pacis vobiscum non fuerit. Nunc certe cæde eorum, qui oppressas tenebant Syracusas, quum primum nostri arbitrii esse cœpimus, extemplo venimus ad tradenda arma; dedendos nos, urbem, mœnia, nullam recusandam fortunam, quæ imposita a vobis fuerit.

II. Que la gloire passée de Syracuse, les souvenirs de son alliance avec Rome sous Hiéron, la défendent du pillage et de la destruction.

Gloriam captæ nobilissimæ pulcherrimæque urbis Græcarum [2] dii tibi dederunt, Marcelle. Quidquid unquam terra marique memorandum gessimus, id tui triumphi titulo accedit. Famæ ne credi velis [3], quanta urbs a te capta sit, quam posteris quoque eam spectaculo esse; quo quisquis terra, quisquis mari venerit, nunc nostra de Atheniensibus Carthaginiensibusque tropæa [4],

IV. — [1] *Neque primo Syracusani a vobis defecimus.* Comparez ce début aux paroles des Samnites à Annibal; ce n'est pas seulement le caractère des deux peuples qui diffère, c'est aussi leur situation. Les Syracusains sont aux abois; déchirés par les séditions, pressés par Marcellus, ils sont obligés de se rendre; de là l'humilité de leur langage; les Samnites se sont donnés volontairement à Annibal, ils lui prêtent l'appui de leurs forces; ils peuvent se plaindre un peu fièrement de se voir abandonnés par lui. — [2] *Nobilissimæ pulcherrimæque urbis Græcarum.* « Urbem Syracusas maximam esse Græcarum urbium, pulcherrimamque omnium, sæpe audistis. Est, Judices, ita ut dicitur. Nam et situ est quum munito, tum ex omni aditu, vel terra, vel mari, præclaro ad aspectum : et portus habet prope in ædificatione, aspectuque urbis inclusos : quiquum diversos inter se aditus habeant, in exitu conjunguntur et confluunt. » Cic. *Verr.* IV, 52. — [3] *Velis*, sous-entendu *potius.* — [4] *Nostra de Atheniensibus Carthaginiensibusque tropæa.* « Pro dii immortales! piraticus quum myoparo, imperium populi Romani, nomen, fasces essent Syracusis, usque ad forum et ad omnes crepidines urbis accessit : quo neque Carthaginiensium gloriosissimæ classes, quum mari plurimum poterant, multis bellis sæpe conatæ, unquam adspirare potuerunt; neque populi Romani invicta ante te prætorem gloria illa navalis unquam, tot Punicis Siciliensibusque bellis, penetrare potuit. qui locus ejusmodi est, ut ante Syracusani in mœnibus suis, in urbe, in foro hostem armatum ac victorem, quam in portu ullam hostium navem viderent! Hic, te prætore, prædonum naviculæ pervagatæ

nunc tua de nobis ostendat, incolumesque Syracusas familiæ vestræ, sub clientela nominis Marcellorum [5] tutelaque habendas tradas. Ne plus apud vos Hieronymi, quam Hieronis, memoria momenti faciat. Diutius ille multo amicus fuit, quam hic hostis : et illius etiam benefacta persensistis; hujus amentia ad perniciem tantum ipsius valuit.

V. Oratio L. Marcii ad milites in Hispania. Cap 38.
(An de R. 542. — Av. J.-C. 212.)

Publio et Cnæo Scipionibus in Hispania interemptis, ac prope deletis eorum exercitibus, qui ex gemina clade superfuerant, ad L. Marcium, equitem Romanum, summam imperii detulerunt, fugarunt que Pœnos sua castra adortos. Apud Carthaginienses tamen, contemptu hostis, quum omnia neglecta essent, Marcius eorum castra ultro oppugnare statuit. Verum prius alloquendos adhortandosque milites ratus, concione advocata, ita disseruit :

I. La situation est difficile et douloureuse; mais c'est l'ombre même des Scipions qui demande vengeance.

Vel mea erga imperatores nostros vivos mortuosque pietas, vel præsens omnium nostrum, Milites, fortuna fidem cuivis facere potest, mihi hoc imperium, ut amplum judicio vestro, ita re ipsa grave ac sollicitum esse. Quo enim tempore, nisi metus mœrorem obstupefaceret, vix ita compos mei essem, ut aliqua solatia invenire ægro animo possem, cogor vestram omnium vicem [1]

sunt, quo Atheniensium classis sola, post hominum memoriam, trecentis navibus, vi, ac multitudine invasit; quæ in eo ipso portu, loci ipsius portusque natura victa atque superata est! Hic primum opes illius civitatis victæ, comminutæ, depressæque sunt : in hoc portu, Atheniensium nobilitatis, imperii, gloriæ naufragium factum existimatur. » Cic. *Verr.* v, 37. « Marcellus, ut, mœnia ingressus, ex superioribus locis urbem, omnium ferme illa tempestate pulcherrimam, subjectam oculis vidit, illacrymasse dicitur, partim gaudio tantæ perpetratæ rei, partim vetusta gloria urbis. Atheniensium classes demersæ, et duo ingentes exercitus cum duobus clarissimis ducibus deleti occurrebant, et tot bella cum Carthaginiensibus tanto cum discrimine gesta; tot tam opulenti tyranni regesque; præter ceteros Hiero, quumrecentissimæ memoriæ rex, tum ante omnia quæ virtus ei fortunaque sua dederat, beneficiis in populum Romanum insignis. » Tite-Live, xxv, 24. — [5] *Sub clientela nominis Marcellorum.* C'était chose commune à Rome, surtout vers la fin de la République, de voir une ville, un royaume, sous le patronage héréditaire d'une famille. C'était une sorte de délégué, de chargé d'affaires, mais plus puissant que l'État qu'il représentait.

V. — [1] *Vestram omnium vicem*, à votre place; ce n'est point le régime de *consulere*, ce verbe est employé seul, dans un sens absolu.

(quod difficillimum in luctu est) unus consulere; et ne tum quidem, ubi, quonam modo has reliquias duorum exercituum patriæ conservare possim, cogitandum est, avertere animum ab assiduo mœrore libet [2]. Præsto est enim acerba memoria, et Scipiones me ambo dies noctesque curis insomniisque agitant, et excitant sæpe somno, neu se, neu invictos per octo annos in his terris milites suos, commilitones vestros, neu rempublicam patiar inultam; et suam disciplinam suaque instituta sequi jubent, et, ut imperiis vivorum nemo obedientior me uno fuerit, ita post mortem suam, quod quaque in re facturos illos fuisse maxime censeam, id optimum ducere [3]. Vos quoque velim, Milites, non lamentis lacrymisque tanquam exstinctos prosequi (vivunt vigentque fama rerum gestarum): sed, quotiescunque occurret memoria illorum, velut si adhortantes [4] signumque dantes videatis eos, ita prælia inire.

II. Le succès de la veille leur en promet d'autres, surtout contre un ennemi qui n'est point sur ses gardes. Détail de son plan.

Nec alia profecto species hesterno die oculis animisque vestris oblata memorabile illud edidit prælium, quo documentum dedistis hostibus non cum Scipionibus exstinctum esse nomen Romanum; et, cujus populi vis atque virtus non obruta sit Cannensi clade, ex omni profecto sævitia fortunæ emersuram esse [5]. Nunc, quia tantum ausi estis sponte vestra, experiri libet quantum audeatis duce vestro auctore. Non enim hesterno die, quum signum receptui dedi, sequentibus effuse vobis turbatum hostem, frangere audaciam vestram, sed differre in majorem gloriam atque opportunitatem volui, ut postmodo præparati incautos, armati inermes atque etiam sopitos, per occasionem aggredi possetis. Nec hujus occasionis spem, Milites, forte temere [6], sed ex re ipsa conceptam habeo. A vobis quoque profecto si quis quærat quonam modo pauci a multis, victi a victoribus castra tutati sitis, nihil aliud respondeatis, quam id ipsum [7] timentes,

— [2] *Libet. Licet* irait mieux pour le sens. — [3] *Ducere*, sous-entendu *jubent*. — [4] *Velut si adhortantes*. « Pleurez donc ce grand capitaine, et dites en gémissant : Voilà celui qui nous menait dans les hasards ; sous lui se sont formés tant de renommés capitaines, que ses exemples ont élevés aux premiers honneurs de la guerre : son ombre eût pu encore gagner des batailles ; et voilà que dans son silence, son nom même nous anime ; et ensemble il nous avertit... etc. » Bossuet, *Or. fun. du prince de Condé*, édit. de M. A. Didier. — [5] *Emersuram esse*. Hor. *Od.* iv, 3, 65 :

Merses profundo, pulchrior evenit.

[6] *Forte temere*. Sorte de pléonasme employé plusieurs fois par Tite-Live, et qui ajoute à l'expression. — [7] *Id ipsum*, à savoir : d'être as-

vos omnia et operibus firmata habuisse, et ipsos paratos instructosque fuisse. Et ita se res habet : ad id, quod ne timeatur fortuna facit, minime tuti sunt homines ; quia, quod neglexeris, incautum atque apertum [8] habeas. Nihil omnium nunc minus metuunt hostes, quam ne obsessi modo ipsi atque oppugnati castra sua ultro oppugnemus. Audeamus, quod credi non potest ausuros nos : eo ipso, quod difficillimum videtur, facillimum erit.

Tertia vigilia [9] noctis silenti agmine ducam vos. Exploratum habeo non vigiliarum [10] ordinem, non stationes justas [11] esse. Clamor in portis auditus et primus impetus castra ceperit : tum inter torpidos somno, paventesque ad nec opinatum tumultum, et inermes in cubilibus suis oppressos, illa cædes edatur, a qua vos hesterno die revocatos ægre ferebatis.

III. S'ils n'usent d'audace, trois armées vont se réunir et les écraser.

Scio audax videri consilium ; sed in rebus asperis et tenui spe, fortissima quæque consilia tutissima sunt ; quia, si in occasionis momento, cujus prætervolat opportunitas, cunctatus paulum fueris, nequicquam mox omissam quæras. Unus exercitus in propinquo est ; duo haud procul absunt. Nunc aggredientibus aliqua spes est ; et jam tentastis vestras atque illorum vires. Si diem proferimus, et hesternæ eruptionis fama contemni desierimus, periculum est, ne omnes duces omnesque copiæ conveniant. Tres deinde duces, tres exercitus sustinebimus hostium, quos Cn. Scipio incolumi exercitu non sustinuit? Ut dividendo copias periere duces nostri, ita separati ac divisi opprimi possunt hostes ; alia belli gerendi via nulla est.

IV. Qu'ils se préparent donc pour être frais au moment de l'exécution.

Proinde nihil, præter noctis proximæ opportunitatem, exspectemus. Ite, diis bene juvantibus ; corpora curate, ut integri vigentesque eodem animo in castra hostium irrumpatis, quo vestra tutati estis [12].

siégés et pris dans votre camp. — [8] *Apertum*, sous-entendu *periculis ; patere* s'emploie de la même manière. — [9] *Tertia vigilia*. Chez les Romains la nuit se divisait en quatre veilles, de trois heures chacune ; la première commençait à six heures du soir, par conséquent la troisième veille commençait à minuit et finissait à trois heures. — [10] *Vigiliæ*, les soldats qui veillent, ceux qui sont particulièrement chargés de la garde pendant la durée d'une veille ; *vigiles*, les sentinelles, ceux qui sont de faction ; *stationes*, les postes, les soldats qui montent la garde dans un même endroit, et qui se succèdent pendant la durée des différentes veilles. *Stationes* et *vigiliæ* s'emploient souvent l'un pour l'autre. — [11] *Non stationes justas*. Des postes qui ne sont pas au complet. — [12] Rapprochez ce discours de celui de Decius, vii, 35 ; la situation est différente, mais l'énergie des deux chefs est la même, et leur inspire à peu près les mêmes paroles.